UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Cæsari Aug. in Comicijs Avgvstæ. Anno M. D. XXX.

Melanchthon, Philipp

Vitebergae, 1542

VD16 C 4714

Vorsatz

urn:nbn:de:hbz:466:1-35748

Visual Library

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo circa iustificam fidem notanda veniunt.

Primum per exclusivam particulam, Gratis siue Sola, non excludi operum praesentiam & studium sed operum meritum, & ostendi, nos iustificari & saluari tantum per Filium Dei redemptorem, iustificatorem, mediatorem & saluatorem. Secundum est obseruandam esse tacitam reduplicationem in forma loquendi. Dicimus: Solus Deus iustificat, cum videlicet causa efficiens intelligitur. Dicimus: Sola filii Dei obedientia iustificat, si materia consideratur. Dicimus: Sola fides iustificat, si instrumentum quo accipitur iusticia christi, intelligitur. Haec omnia cohaerent. Nam causa materialis & fundamentum iustitiae fidei est tota obedientia, satisfactio & meritum christi, redemptio, impletio legis, iter Christi ad Patrem, vel horum omnium pars aliqua, vt passio, crucifixio, mors sanguis, vulnera & resurrectio, Relatio autem & instrumentum est ipsa fides siue fiducia filii Dei acquiescens in filio Dei iuxta promissionem & certo statuens se Deo placere, recipi & exaudiri per & propter christum mediatorem gratis, quem mediatorem fides ceu annulus preciosam gemmam complectitur. Christ…